



1. De Huberianismo R. I. G. Neumann, Witt. 1704 hab. et 1709 recus. ib. 1705.  
 2. De Trinitate Platonisni vere et falso prospecto, Neumann  
 3. D. B. F. Mayer. Tipp. de Patri Apostoli Conjugio, Witt. 1684 hab. et 1713 recus.  
 4. Crematymus evangelicus in sinu exponit auf den Sonn. Tom. t  
 Expandi. D. I. K. Festkniij, Gotta, 1712. ex Gen. XI. 18. hab. et Witt.  
 5. De Fide in Mediam patriarchale. D. Jacob. Schnedij, Argentorat.  
 6. Bsp. Unde homo certus sit scripturam esse veru Bei verbum  
 7. D. J. F. Mayeri, Witt. 1685 hab. et 1713 recus. hab. et Kil. 1714 recus.  
 8. De Empedisi sacrae ratione Theodori Bassovij, Bsp. 1702. 3. A. P. 1674 hab. et 1707 recus.  
 9. De confortatione angelicis agonizantibus. D. Calovij, Witt. 1681. recus. 1690.  
 10. Programma christo triumphatori sacrum ex 1 Petri III. 18. Regiomont.  
 11. De salute trium uxorum Lothi, Jobi et Pilati, D. Christ. Jonatani.  
 12. De servitio humana sapientia verbis ex Cor II. v. 4. 9.  
 13. De Adami scientia, D. J. F. Mayeri, Witt. 1675 hab. et 1713 recus.  
 14. Bsp. utru poaphip Romang sumam possit haberi habet; conve  
 canti Consilia Ecclesiastica. D. J. F. Mayeri, Witt. 1685 hab. et 1713 recus.  
 15. De Paulina Petri miseratione Epist. ad Galat Cap II.  
 p. 11. 12. 13. 14. D. B. L. Dr. Quenstedt, Witt. 1687 hab. et 1711 recus.  
 16. D. J. F. Mayeri Mision, Def. Clunif in Tuff Chalix, 1712.  
 17. D. I. George Neumannii deformationis fundit ad Ant. VI. 7. 8. Witt. 1705 hab. et 1711 recus.  
 18. D. Gottlieb Wenzelius am Michaelstags vorjubilare miseratione  
 gefuhrt, Witt. 1712. et 1708. 1711.  
 19. Ensa und promulgatione der Universitat Gieser, Dist. 1710. 1711.  
 20. Ensa in universitat Rostock in causa pietatis Waldensia  
 21. De Abrenuntiatione baptismali ex 1 John III. p. 21. Chalderij, 1712. 1713.  
 22. De mirabili cum filio bei lucta Iacobi; D. Calovij, Witt. 1711.  
 23. De Albatris, Urbani Godof. Siberi, Eccl. Thom. Lips. Diac. 1712.  
 24. De Vita et Meritis Franc. Foggi Florent. de Ernst. Thorschmid, 1713. 1714.

26.

OMNIBUS D. B. I  
AVSPICIIS  
RECTORIS MAGNIFICENTISSIMI  
SERENISSIMI PRINCIPIS REGI  
**FRIDERICI AVGVSTI**  
DE  
**IERVSOLYMI S AVREIS**  
SCHAB. C. VI. MISN. I.  
PRAESES  
M. CHRISTIANVS AVGVSTVS HAVSEN  
ALVMNVS REGIVS  
RESPONDENTE  
IO. GOTHOFREDO LESSING  
CAMENZ. HEXAPOLITANO  
AD DIEM XI. MARTII  
A.G.R. 1713 CC XIII  
COMMENTATVR

---

VITEMBERGAE SAXONUM  
PRELO SCHROEDERIANO

CHRISTIANVS AVGVSTVS HAVSEN  
AVGVSTVS FERICVS

PERILLVSTRI ATQVE EXCELLENTISSIMO  
SVPREMI SENATVS ECCLESIASTICI  
PRAE SIDI

DOMINO MEO GRATIOSISSIMO  
RELIQVISQVE EIVSDEM SENATVS CONSILIARIIS  
ET ADSESSORIBVS GRAVISSIMIS  
VIRIS

SVMME REVERENDA DIGNITATE  
ILLVSTRIQVE MAGNIFICENTIA ET  
EXCELLENTIA EMINENTIBVS

QVVM INGENTIBVS A PRIMA AETATE MERITIS ERGA  
STVDIA MEA IN AFRANA SCHOLA TVM HAC IN  
ACADEMIA DATO QVOD REGIA MVNIFICENTIA LI  
TERARVM CVLTORIBVS DECREVIT STIPENDIO PLVRI  
MA MIHI PIETATE ET OBSERVANTIA SVBMISSÆ  
COLENDIS

HANC IVDAICAE ANTIQVITATIS  
PARTICVLAM SACRAM PONO  
ET QVA PAR EST VENERATIONE

D· D· D

M· CHRISTIANVS AVGVSTVS HAVSEN  
ALVMNVS REGIVS

# DE HIEROSOLYMIS AVREIS

## EXERCITATIO

### I

**G**entem Hebraeam, a principio sui floris, non animi tantum cultus, doctrina excellenti, uerum etiam corporis cura, ornatum uestium exquisito, illustrem reddidere. Viros honesta ornauit elegantia, et decore lauta: feminas, auro, gemmisque lucentes, unguentorum delicatissimi odores perflarunt. Vtrumque genus pretiosissimo habitu est uestitum. Hinc illae feriales, et stragulae, hinc reliqua supellex omnis tenerrima; cuius uitiosa mollitie, quum labaret res Hebraea, multorum animos, fastus, et luxuria, corruperunt. Diuersa genera cultus, quo ueteris populi corpus ornatum est, in Schabbat, Kelim, memorata, Maimonidem interpretem habuere doctissimum: compluribusque illius partibus non defuere ex nostris praeclara ingenia, quae e Iudaicis monumentis, has antiquitatum particulas, explicarent. Vna fuit praecipua dignitas coronarum, de qua Iesiae phrasis, c. XXIII. 8. et c. LXII. 3. ac praef-

A 2

stantia

stantia testatur earum rerum, quae, uel cum coro-  
nis comparantur, uel coronatae dicuntur. Legem  
quidem, sacerdotium, atque imperium R. Simeo-  
nem, coronas appellasse, refertur in istis *Pircke Au-*  
*z. c. 4. sect. 13.* זבי שמעון אומר שלשה בתרים חס  
בצץ תורה כתר בהונח וכתר מלכות וכתר שם טוב  
עולה על גבירין *conf. Ioma, et Maim. Hilc. Tat-*  
*mud. Thor. c. 3.* Jonathan quoque ipse Iudeus, quum,  
more suo, fingeret quaedam, Num. XXXI. 50. ut  
illustraret uictoriam, qua Madianitidem Iudei su-  
perarunt: non aliud genus ornamenti adscriptisse  
uirginibus, quas pulcherrimas innuere solebat, ex-  
istimandus est, praeter id, quod uulgatum in gente  
sua esse uideret. Coronas autem Vzielidem posuisse  
זביהן בנהיון ואחתה חטויותם haec testantur uerba  
פְּרָנְקְרָא וְכֹל יָכֵר רַחֲוָה מִשְׁכָּח עַלְיוֹהוֹ מִנִּין וַדְרָהָב  
Tantum igitur his tri-  
buendum erit auctoritatis, quantum Poetis datur,  
et Graecis, et Latinis, cum ex eorum fabulis ulti-  
mas antiquitates exponimus. Quod bene hac in  
parte fieri, sacrarum literarum confirmat historia.  
Maximam, enim, benevolentiae, in Hebraeos, si-  
gnificationem auxit Ahasuerus, haud minus gratis  
honoribus, quibus Mardochaeum ornauit, aurea co-  
rona, Esth. VIII. 15. capiti eius imposita. Ex quo  
persuasum, eandem, secundo Targum Esther, fidem,  
quae paulo ante Ionathani habita est, recte deberi,  
quod datum Mardochaeo munus, uerbis רְבָא וְחַנְכָא  
הַמְּנִיכָא annotavit. Ad quae e Misnicis plurima  
de coronis, qui uolet, addat, ut, si his breuibus, quae  
con-

conquiri a nobis ratio scripti postulauit, argumentis non credat, a turba doceatur reliquorum, coronas, genus insignium, fere praestantissimum, apud Hebraeos, extitisse.

## II

Postquam Hierosolyma, imminuta populi libertate, Reges habuere: ad cultum illum magnificum incolarum, non tantum ipsius urbis, uerum Iudeae uniuersae, permultum accessit. Nam, uerso ciuitatis statu, cum, quod reliquum erat, prisci et integri moris, paulatim exspiraret, omnibus sua uane mirantibus, effuso cursu, ad superbiam luxuriamque res Hebraea peruenit. nulla a uicinis formidine belli, dum Salomo, et prudentia sua, et opibus, seque, et domum, et pacem sustentauit. Hoc primum tempus Ierusalem, et aedificiorum pulchritudine, et praesenti cultu religionis, in tantum euexisse uidetur: in quantum tolli humanis laudibus potuerunt. Nunc, in splendido reliquae dignitatis apparatu, figuram urbis diuinae, uel stilo depictam, uel metallis elaboratam, celebritatem coepisse, afferendum uidetur. Nam et prouecta aetas Reipublicae, cum iam uitiis suis, Iechonia, Ioachimo, et Sedeckia, regibus, laboraret: idem, tamen, ornamentum effictae imaginis, etiamsi fortuna urbis commoueret adiecta, non indecorum putauit. Hoc ex eodem patet Ionathane, si illius quidem dicendum est Targum Esther, acinaceim Mardochaei hac caelatura insigniem describente כתרצתה תלי ספרא

A 3

כתרצתה

בארציה מחות בחולת חוליות רהבה וציר עלה קרתא  
ירושלם וועל יודות דספרא ניר עלה גראן  
דטחויזן

## III

Atque haec ego quidem omnia eo praefatus sum, ut, et, quo loco collocandum sit genus insignium, in quo haec duo fuerunt coniuncta, ostenderem, et meam de Hierosolymis his aureis, sententiam, sequentibus clarius commodiusque exponere rem. Quo sane deduxit inuestigatio earum rerum, quae אשן שבתן לא יצא hoc est, in iis, quibus cum feminae, Sabbatho, in publicum egredi, non licet, Schab. c. VI. MISN. i. recensentur: Videlicet בשור של זהב cum urbe aurea. quae, ut ad superiora, pertinere intelligatur, dabimus operam, in iis, quae causas eius, proximis, uberrime explicabim.

## IV

Nomen urbs aurea Aramaeum multo dilucidius habet Schabb. f. 59. 60. ירושלים רהבה Hierosolyma aurea, quo in capite exercitationis, maioris lucis causa, lumentius usus sum. Ratio nominis, a materia, et forma, desumpta est. Ieruschlem quidem, quod aliis in codicibus Ierusalam et Ierusalaim legitur, ciuitatem notat, cuius figuram auro elabrarunt: sic bene Nathan in Aruch p. 109. ירושלים רהבה פִי כתר ועליו אורות ירושלים dicunt hoc nomen, a vocibus שלאה יראת שלאה deriuatum.

## A V R E I S

tuatum. *Breschith Rab.* c. 9. obseruat, Abrahamum locum urbis principio lirreh, Semum, Salem, appellasse: Melchisedecum deinde, Salemi Regem, sic secum sermocinatum si locum lirreh appellauero, Semus uir iustus indignabitur, sin Salem. Abraham iustus indignabitur. en uero, sic ipsum nominabo, ut in uoce amborum ratio habeatur, Ieruschalem. Quae ex Aruch depromta latina tecu, ut acumen Kabbalistarum interfingendo pateret. Nam ipsam nominis deriuacionem tam absurdam non putem, et, si pauca notentur, uoce lirreh seruata, rectissime astruendam. Malim enim Ieruschalam dictam, quasi יראח לשלומ, non obscurouaticinio futurae magnitudinis, quam cum aliis, uel Iebus Salem, uel a quaeunque tandem origine deriuatam. eam enim urbis magnitudinem, prouidentia Dei, eo tempore, praedixit, quo Gen. XXII. in monte, templi Solomonei sede, immolatus aries, celebre illud pro uniuerso mundo sacrificium, significauit. conf. *Augustinus de ciu. Dei Lib. XVI. c. 22.* et uti perpetua sit, David Ps. 132. 6. 7. uoce לולש petuit supplex. Quo obseruato, facilis ab Hierosolymis, Solymorum Homeri, ad quos Bellerophon mislus, in Lyciae montanis, Pisidiam uersus positorum, distinctio est: quo quidem nomine Plinius Pisidas appellatos est auctor Lib. V. c. 27. Sed haec ad עיר, in Schabbat nominatae, significatum afferenda fuerunt. Nunc de זהב pauca, si placet, notentur. aurum ea uoce, metallorum optimum significari, et ipsa uocis natura, et constructio docet, recte ab iis, qui ex Hebraeis hunc

218

hunc locum exposuere, animaduersa. Quum enim uocis זהב significatio omnis diuisa sit in partes duas, quarum altera metallum, ut est dictum, altera זהב הזרותה לעין זהב fulgorem coeli, auri splendori similem, uti ad Iob. XXXVII. 22. Aben Ezra, uel ut est apud eundem, כהה זהב שכא aerem auri instar purum, comprehendit: tum ea hoc loco imprimis assumenda est, quae continet essentiam totius, cuius urbs illa esse dicitur. Cauendum est igitur, ne, quisquis es, עיר של זהב huius Misnae, urbem nitidissime et multa arte elaboratam, exponas: sicuti Sheringamius בגדז זהב Iom. c. III. Misn. 4. octo uestes Pontificis maximi, non quidem ob aurum, uerum, quod ceteris effent ornatiiores, censet appellatas. quae tamen interpretatione, ualde remota, cum Misnae sententia, capiteque 8. Maimonidis Hilc. Kle Hammikdasch, pugnat, multoque infirmior est, quam, qua possit Io. Seldenus II. c. 7. de succ. in pontificatu Hebraeor. confutari. Sed satis de uocibus dictum.

## V

Auream dum nobis urbem describunt haec uerba, non posita certa metalli pretiosissimi, specie, eas omnes, quae uel in Babylonico Ioma, uel alibi recensentur, uocis dignitate complexa uidetur. Hanc coronarum materiam fuisse, e regiis insignibus, copiose passim explicatis, et, quod caput rei est, a Iecheskiele c. XXI. 31. magnifice appellatis, concludi potest. Ut adeo uel hoc unum satis

satis declareret, quam nobile fuerit ornamentum urbis, quam a materia, auream appellarunt. Nam aurum, regio adhibitum ornatui, ut est dictum, sacris quoque usibus admotum esse a Iudeis, non templi tantum augustus splendor, uerum et alia quaedam ostendunt, quae sequens uidit aetas. Laudibus enim praeclaris mandata literis est eorum memoria, qui, ad reliquum sacrae supellestilis decus, aurum attrulere. Quo factum, ut Gamlae filium, cum buxineas sortes, Lemitici XVI. 6. commemoratas, ex auro confecisset, hoc praeconio effert Misnicum Ioma c. III. Misn. 9. **וְעַשָּׂא בְּן גַּפְלָא שֶׁל** **זָהָב וְהַזְּבִחַ מִזְכָּרֹן אֲוֹתָו לְשָׁבֵ'** *quas (sortes) Gamlae filius aureas fecit, quam ob rem a Rabbinis cum laude eius iniecta est mentio.* non aliter, ac eiusdem capitilis Misna 10. Monabazum quendam Regem, quod uasorum, quibus in expiationibus utuntur, omnium, ansas aureas fieri curasset, et matrem Helenam, quae, aureo candelabro, iuxta sanctuarii ostium, posito, tabulam quoque auream fecerat, in qua scriberetur **סֻוֹתָה** *hoc est sectio, qua feminae declinantis maledictio continetur, honorifice nominauit.* Quae sane materia, utrum propria huic urbi, atque perpetua, an myrteis, rosaceis, que fertis, uel sale, sulphureque, ac argento, mutata in deterius fuerit, dici uix potest: neque certo trahi ad hunc locum Gemarae et Iarchii glossa ad Suth. c. IX. Misn. 14. de sponsarum coronis, quae patrum decreto, Titi temporibus, prohibitae esse dicuntur. Nam coronam fuisse hanc urbem, qua usae sunt

B

sponsae

sponsae, supponendum est interim, dum loco suo plenius explicetur.

## VI

De forma aureae urbis, atque figura, Maimonidem audiamus: *Haec fuit corona aurea, facta in forma urbis Ierusalem.* quaeritur ergo, primum, qua arte, et, quo opere efformata fuerit haec corona: deinde, quibus fuerit partibus, tantaे urbis, insignita: Haec enim duo exponenda sunt ante, quam ad usum instituti, et originem perueniatur. Isdem dum partibus, cum reliquo genere coronarum, aurea Hierosolyma confecta creduntur: operis, occurrit, quaedam uarietas, qua singulae effulserunt. Adoleuit enim purpurei gestatio diaadematis, quo, ut e uoce coniicio פָּנָגֶת, reliquorum more orientalium, caput ligatum est. Quod non tam ad coronam, quam ad id, cui superstructa erat corona, pertinuit. Hoc fere primam constituit speciem ornamenti coronarum, quam, et ipsius coronae figura, de qua deinde dicam, et affixa phylacteria, mirifice auxerunt. Targum Esther VIII. 15. hunc ordinem obseruauit in describendis Mar dochiae coronae partibus omnibus, quem in iis sequutus sum, quae sunt dicta: id quod haec uerba חִרְאַת מְחִית בְּרוּשִׁיה רְצִיּוֹר בְּצֻבּוֹנוֹן testantur וְעַבֵּיד לְעַיְלָא מִינָה כְּלִילָא רְבָא דְּרָהָבָא מְקוֹדְנוֹן וְלְעַיְלָא בְּמִנְןָן כְּלִילָא טְוַטְבִּין רְמַקְבּוֹעַן בְּרָהָבָא Quae omnia, Sedekiae coronae, praeter phylacteria, a Ie cheskiele c. XXI. 31. tribuuntur, et clarius in uersi one

one Arabica exponuntur: *exue cidarim, et depone ab ea coronam, quam habet.* Neque a cidari, quod diadematis proprium nomen, ac συνώνυμον fere τῷ, מְצֻנֵּת, μετωνυμιῶς, uniuersum capitis ornatum comprehendit, multum differre uidetur feminarum insigne, cui coronas imposuerunt: hoc ex Eth. II. 17. patet. Fac ergo, tres partes, memoratas in Targum Esther, ad has etiam coronas pertinere: non equidem ualde pugnabo, primo loco, si uia teneatur monstrata, opus acu pictum ponи posse. Cui certe fabrefactum, metallum, opus ignibus liquefactum, percoctumque, ac in formam fusum, addi iubet. cum his coniungitur, ob formam ex argilla similibusque fictam, plasticum opus, cuius imaginem rudior corona facies reddit: et fabrile, cuius opera, et expolitur tota superficies, et ad imaginum lineas, quas formae induxerunt, ornatius caelatur. His de rebus in Romanis sane multa, in Hebraeis per pauca habentur scriptoribus, quibus credi possit. Sacrae scripturae testimonia quaedam satis illustria de conditu templi, reliquisque sacrorum apparati. bus haec habent, מִשְׁׁמָה חֶסֶב Exod. XXVIII. 6. מִשְׁׁבָת לְעֹשָׂת בָּזָבָב וּבְכַסְפָּה וּבְנַחֲשָׁת Ex. XXXI. 4. פָתָח חֶרֶשֶׁת עַז Ex. XXXI. 5. לְמַלְאָת אַבְנָן Ex. XXVIII. 36. רְקָמָה מִשְׁׁמָה Ex. c. id. u. 36. טְסַכָּה Ex. XXXIV. 17. et quae alia huius generis Ex. XXXX V. 32. 35. etc. inueniuntur, satis in eppe passim explicata a Iudeis doctoribus, quibus, hac in parte, non multum habuerim fidei. Tanti m' itaque operis, quo elaboratae sunt hae coronae,

afferendum fuit, quantum, ad ipsam eius figuram, intelligendam, uidebatur necessarium: quod, alterum quaestioneis caput, nunc persequar. Ierusalem igitur, non tota putarim efficta, quod fieri uix potuisse concipio, his in coronis, uerum nobilitora quedam praecclare urbis cacumina. qua descriptione, uti in scenographiis omnibus, sic in caelaturis quoque, quae scenographicis subsidiis diriguntur, est opus. Sic Vitruvio commode utar interprete, L. I. c. 2<sup>o</sup> et frontem, laterumque abscedentium figuram, his in coronis adumbratam fuisse, existimabo, ut ad circini centrum, omnium linearum ductus respondeant. Probabile autem est, eas turbis partes, ad hoc negotium fuisse delectas, quae et splendore suo, et hominum aestimatione, reliquis praestabant, quo circa non abest multum, quin eam templi partem in qua sanctum sanctorum inerat, audeam nominare. cuius honorem in Israele maximum Maimonides exponit Beth. Habbech. c. 7.

## VII

Mos habebatur complures inter gentes, fidem et foedus, cum aliis, firmare muneribus, tum aureis datis coronis, inter sedentes, lauatorique utentes mensa, renouare. Sic Abydenos, Suidas est auctor, cibi potusque facto delectu, quo amici uesperentur, praeter unguenta in coniuinis coronas exhibuisse. Huc spectat celebritas, e Cecropis instituto, publica Atheniensium, qua laudes eius, cuius corpus humauerant, coniuncta decreto omnium uoluntate  
dixe-

dixerunt, cum reliquiae amici tumulo inferrentur,  
*Cicero L. II. de leg. p. m. 183.* Sequebantur epulæ,  
 quas inibant propinqui coronati. Caesari quoque  
**GERMANICO** epulanti, cum Agrippina, apud  
 Regem Nabataeorum, coronas aureas magno pon-  
 dere, leues Pisoni, et ceteris, esse oblatas, *Cornel. Tac-*  
*citus II. Annal. cap. LVII.* inseruit. Alia inter-  
 rim, aliorum placet dare solertiae, qui, in auctorum  
 lectione, non obiter sunt uersati, et ex allatis con-  
 cludere, coronarum antiquissimum usum, eundem  
 fere, qui annulorum, fuisse. quo demonstrato, of-  
 fendit Criticorum in Apollonium ueterum inuenu-  
 ita ιερίσις, quam his uerbis expresserunt ἐχεῶντο  
 δὲ τῷ σέστῳ τριχῶς ἐπὶ τῆς νεφαλῆς, ἐπὶ τῷ  
 μετώπου, ἐπὶ τῷ τραχήλου τιθέμενοι τὰς γε-  
 φάρους, διὰ τό θυμιδὲς τῆς τριμερῆς ψυχῆς.  
 Inuitant enim denuo, ut probem paulo ante exposi-  
 ta, instituta Hebraeorum, non aliis fortasse e fonti-  
 bus deriuata; Iecheskielem audiamus, eos, ob foe-  
 dera, cum extraneis, hoc ritu, pacta, grauiter incre-  
 pantem, על וריהן ועתרת תפארת עלי ראייהן C. XXIII. 42. Id nuptiarum soleinnia con-  
 firmant, coronis sponsorum sponsarumque satis il-  
 lustria, et ex iisdem causis optime explicanda. Spon-  
 sum hoc societatis arctissimae symbolo a matre or-  
 natum exhibit, Canticum canticorum c. III. II. phra-  
 si, ex antiqua Hebraeorum historia, eruenda. Spon-  
 fas Ierusalem aurea, magistrorum sententia, praeter  
 Iuppam, eleganter tegebant. **Quamobrem urbis**

B 3

aureae

aureae usus, cum origine sua, copiose euolutus est, iis omnibus, quae, paulo ante, usum coronarum, tum uarias inter gentes, tum inter Hebraeos, enarrarunt. Aureum uero ornamentum sponsarum usui esse permisum, qui miratur, haec habeat: magnam fuisse, prae aliis, libertatem sponsis datam, quae, Eliesere, nescio quo, cum multos hoc nomine celebres Iuchasin habeat, censente, festo expiationis, aequali, cum Rege, iure fruerentur. Sic enim annottatum est Iom. c. VIII. Misn. I. init. **יום הכפורים** אסור באכילה ובחתייה ובסוכה ובנעילת הסנול ובתשחיש המטה והמלך ורחלת ורחלתו את פניה

## VIII

Aetum igitur de aurea urbe, non ignobili parte antiquae Iudaicae historiae, quae ornamenta et cultum ueteris populi exponit. Erat autem res neque laboris magni neque ingenii, uaria de coronis conscribere: nisi ratio habita fuisset aliorum opera, quam complures praeclaram posuisse doctissimos uiros, hoc in genere, non ignoro. Quapropter, quam potui, diligentissime caui, ne quid afferrem, quod ab aliis, me sciente, fuisset propositum: uerum talia proponerem, quae ad Misnae uerba intelligenda proprie pertinerent. Ideo, qua uia, quoque consilio hoc omne ingressus sum, eo quoque intelligo finendum; et cum de singulis satis sit ante dictum, colligenda sunt omnia, quo natura aureae urbis, breuibus comprehensa, accurate teneatur. *Est ergo aurea*

S. 32. 11. 16.

aurea urbs coronae aureae genus, in quo prae-  
cipuae Ierusalemae partes, fabrili opere caelatae,  
sponsarum in capitibus gerebantur, et, quo signo  
pretiosissimo, suo iure, nouae nuptae, ut foederis  
sanctitatem dignitatemque significant, uteban-  
tur. Ex quibus profecto coniectura, dixerim, non  
mala, ad eum, qui dedit symbolum arctissimi foede-  
ris, perueniri. Sunt enim non pauca grauissima  
capita in historia Hebraeorum, quae, nisi ad pactum  
matrimonii confirmandum pertineant, cur a sponso,  
in sponsam plurima profecta sint bona, magnisque  
sumtibus curata, non est facile definire. Ac ne plu-  
ra complectar, sunt enim permulta, procum ama-  
tam frequentasse *Iud.* XIV. 10. et conuiuio excipe-  
re consueuisse, ut futuro tempore, omnem una  
aetatem, jucunda tranquillitate, uiuendam esse mo-  
neret, dicendum est. Age uero, et haec cum reli-  
quis *αδιαδόγοις*, et de quibus singulari lege cautum  
non erat apud Hebraeos, compara: an non est  
aequum, ut Talmudicos rideamus, qui, nescio, qua  
specie sanctitatis, in leuissimis quoque, ab omnibus  
fere humani generis moribus, quos ut idololatricos  
reiiciunt, distinctos fuisse antiquiores Hebraeos no-  
luerunt. Haec enim impulisse eos uidetur opinio,  
ut suae tempestatis homines ab iisdem tam sollicite  
remouerent. Gemaram equidem, si ipsa per se lo-  
quatur, nec tam pertinaces haberet patronos, ima-  
cum summis, ineptissime disputando miscentes,  
concessuram arbitror, conuictam *Misna Regina*  
*מתניתה*

ut habet mnemonicum Raf. Papae  
 c. I. *Au. Sar*: sponsalia, ornatu ex aliarum gentium  
 moribus deriuato, impune contrahi, dummodo a  
 Sabbatho absit ornatus iste, et ab omnibus diebus  
 reliquis, quos Nefastos dixerunt patres, remoueatur.  
 At impudens plane est, quum in re parua ueritati  
 repugnet, et illi magistrorum iudicium perleue an-  
 teponat c. I. *Au. Sar*. אמר ר' אחדרבי אמר ר' הקדש  
 בפרש שור הנפקל מקודשת בפרש עגלי עז אינה  
 מקודשת איבעית אימא סברא ואיבעית אימא קרא  
 איבעית אימא סברא גבו עגלי עז נוחה ליה בנפחיה  
 אבל גבוי שור ונפקל לא ניחח ליה בנפחיה איבעית  
 אימא קרא כתיב הכא לא ירבק בירך מאומה וכתיב  
 חתם סקול ישקל השור ולא יאכל את בשרו אסור תא  
*Conf. Maim. Ischuth c. 5.* quae uer-  
 ba, quanquam de hoc ornatu sponsarum non  
 agant, testantur tamen, quale fuerit futurum eorum  
 iudicium, si ad corollas aureas, quas uirgin-  
 culis quoque coelestibus adscribit Mu-  
 hammedes, fuisset uentum.

F I N I S.

digitalisiert misc. 37 oPN: 325921194

SLUB DRESDEN



3 1475573

Coll. diss. B. 81, misc. 1

